



ELEGIA, COLLEGÆ

REVERENDO ET CLARISSIMO

viro, Dn. VALENTINO SCHACHTIO

S. Theologiæ Doctore, & Professore Ordinario in

Academia Megapolensi Rostochiana: Eccle-

siæq; ibidem ad S. Iacobum Pastori

fidelissimo, scripta

IOHANNÆ FREDERICO.



Venerande senex quo consolabitur ore

Te Pietas, cum sit tanta querela tibi?

O venerande senex quo consolabitur ore

Uxorem Pietas officiosa tuam?

O venerande senex quo consolabitur ore

Hei viduam Pietas usque adeo viduam?

Agnatosque tibi, tibi cognatosque? sed omnes

Addo tibi, addo, tuis, qui benè cunque volunt?

Tristia num quis enim neget, eheu tristia fata?

Quando Generalis sic obit ante diem?

Ut qui visus erat successor idoneus olim,

Is tibi præcedens protinus astra petat:

Summo sic placuit: penes est quem summa potestas;

Qui numerat nostros distribuitque dies.

Summa DEI est bonitas, sapientia summa: nec ejus

Quisquam scire vias consiliumque potest:

Agnitione DEI nihil est præstantius: illa

Sic tuus in nostra splenduit urbe Gener:

Ut sit vera salus, ut pax sit vera beato,

Et bona, quæ cunctis anteferenda bonis.

Suave nitet morum decus: hoc quoque fulsit eidem,

Corporis ut pulchri gratia pulchra foret.

Doctrinæ